

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Speculum Quaestionum moralium, in universam Aristotelis philosophi summi Ethicen

Case, John

Francofurtum, 1597

VD16 C 1242

Cap. II. - An sensus appetitus, & intellectus sunt tria in animo actionis &
Veritatis principia

[urn:nbn:de:bsz:31-109038](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109038)

Opp.

Aspectus idem numero existens potest percipere figuram, lumē, colorem, quae naturā differunt: ergo multo magis intellectus potest apprehendere obiecta diuersi generis, puta necessaria & contingētia: quare minus consideratē dua potentia animi in textu ad haec duo percipiēda requiruntur.

Resp.

Agens intellectus & patiens, practicus & speculatiuus dicuntur diuersae potentiae, non quod in essentia intellectus differant, sed quod diuersa officia sortiantur. Est enim idem intellectus qui necessaria, est idem qui contingētia discutit, si essentiam spectes: at tamen si modum & rationem spectes, diuersus appellatur.

CAP. II.

An sensus appetitus, & intellectus sunt tria in animo actionis & Veritatis principia.

CUM à sensu initium, ab appetitu progressum, ab intellectu terminum & perfectionem omnes artis mentisque virtutes habeant, opportunè quidem mouetur haec quaestio, An sensus appetitus & intellectus sint tria in animo actionis & veritatis principia? Duo in hac thesi praecipuè considerari velim, ordinē & vsum. Ordo est, vt à sensu opera-

Virtutum mentis initium, progressus, terminus vnde.

Ec 3 tio,

tio, ac appetitu actio, ab intellectu verita-
 tis contemplatio fluat: vsus est, vt per ar-
 tem, qua à sensu nascitur, Deū creātem,
 per prudentiam, quæ à volūtate profici-
 citur, Deum prouidētem: vt per sapien-
 tiam, quæ ab intellectu manat, Deum in
 seipso beatissimum cōtemplemur. Nam
 vt parua cum magnis cōparemus, opus
 artis diuinam creationē opus prudentiæ
 diuinam administrationē, opus deniq;
 sapientiæ diuinam Dei in seipso compre-
 hensionem imitatur. Hęc summa est eo-
 rum quæ in hoc textu continentur. Ver-
 runtamen vt distinctius agantur singula,
 in quatuor cōclusiones distribuenda est
 hęc tractatio: Prima est, quod sensus non
 sit vllius actionis humanæ principium,
 quia belluis inest. Secūda est quod appe-
 titus sit causa recte agēdi, si mentis impe-
 rio subiiciatur. Nam quam vim habent
 in mēte affirmatio & negatio, si verum &
 falsum, eandē habēt in appetitu adeptio
 & fuga, si bonum & malū spectes. Tertio
 est, quod moris virtus ab appetitu, q̄ men-
 tis virtus ab intellectu pendeat. Quarta
 est, quod virtutē moris precedat actio,
 quod

Conclusio-
 nes quatuor.

1.

2.

3.

4.

quod virtutem mentis sequatur cōtem-
platio. Cum autem mens sit aut practica
aut speculatiua, ab illa actionē & pruden-
tiam procreari concludit philosophus.
Hinc illa est distinctio effectiois, actio-
nis & cō emptionis: effectio ad artem,
actio ad prudentiam, cōtemplatio ad sa-
pientiam refertur: ab effectioe mecha-
nici, ab actione politici à contemplatio-
ne theotici homines dicuntur. Postremò
& in his & in illis principatum tenet ele-
ctio, quæ nec præteritū, nec olim factum
respicit. Quippe nec præterita reuocari
possunt, nec infecta fieri. Primum in te-
xtu probatur exemplo: nam nemo vult
illium expugnare: alteram testimonio
Agathonis, qui dixit:

Hoc etiam ipse Deus solog, carere videtur.

Infectum vt faciat quod factum est atq; peractum:

| | | | |
|--|----------------------------|--------------------|--|
| indisqui- sitione veri con- siderari debent. | Principia, quæ sunt | Sensus, | Pract. Specu- latius. |
| | | Voluntas, | |
| | | Intellectus, idēq; | De qui- bus in tertio capite agetur. |
| | | Ars, | |
| | Instrumen- ta, quæ sunt | Scientia, | |
| | | Prudentia, | |
| | | intelligentia, | |
| | | Sapientia, | |

Opp.

Potentia affectus, habitus tria in animo actionis statuuntur principia, libr. 2. Et hic, ergo aut hic aut illic minutè egisse videtur philosophus.

Resp.

Lege illic solutionem huius argumenti: verbo sic respondere possis, illic de principijs boni, hic de principijs veri egisse philosophum.

Opp.

Homo principium suarum actionum in hoc capite & in secundo libr. Et hic or. dicitur: ergo sunt plura principia quàm hæc tria.

Resp.

Homo dicitur principium respectu istarum facultatum.

Homo quomodo actionis principium.

Opp.

Sensus in textu negatur esse actionis principium: ergo non sunt tria.

Resp.

Per se, & sic non principium vltius humanae actionis.

Sensus relatus ad intellectum est actionum principium.

Sensus consideratur vel

Comparatè, nempe in relatione ad intellectum, & sic est principium. Nam interni sensus agunt per phantasmas & species rerum externarum, quæ primum sensus externos feriunt.

Opp.

Intellectus est subiectum veritatis: ergo non est principium.

Resp.

Resp.

Non tener ratio: est enim subiectum vt continet. est principium, vt ex compositione & diuisione rerum eadem elicit. Alij respondent non esse subiectum, nam est in re vt in subiecto: est in oratione vt in signo, est intellectum vt in principio.

Vtrum intellectus rerum appetitum, vel appetitus intellectum indisquirenda veritate sequatur. Dubium.

In disqui- { Ordo, & sic appetitus sequi debet in
reda veri- | intellectum, qui primum prescribit.
tate specta- } Actio, & sic intellectus sequi solet ap-
tur duo. { petitum, qui primum eligit.

Opp.

Intellectus est nobilior pars animi quam appetitus: ergo sequi non debet appetitum.

Resp.

Argumentum hoc videbis infirmum, si distinctionem accurrate perpendere & ponderare velis.

CAP. III.

An sint quinque Virtutes mentis?

An scientia eiusq; proprietates recte assignentur?

PRINCIPIS iam cognitis huma-
nae veritatis, oracula eiusdem quasi
transcurrens per theatrum digito do-

Ec 5 mon-